



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**HORATII TVRSELLINI || ROMANI || E SOCIETATE IESV ||  
LAVRETANAЕ HISTORIAE || LIBRI QVINQVE. ||**

**Torsellini, Orazio**

**Romae, 1597**

Cap. 11. Lauretum ciuitatis iure, & Episcopali Sede donatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64112](#)

daurum appellitur. Inde nautæ, vectoresque Lauretum petunt, vota persoluunt. Hæ ferme Lauretanæ res Gregorio Pont. Max. euenerunt.

*Lauretum à Xysto V. ciuitatis iure donatum*

*Episcopali sede decoratur.*

*Cap. XI.*

Viæt. Brigæ. Franc. Cantucius Epis.  
Laur. **E**xinde Xystus V. Gregorij æmulator, vt cæteris rebus inferior videri noluit; ita studio Lauretani cultus augendi, voluit haberi prior. Is quippe in Piceno natus, præcipuam Picentium Patronam omni ope ab se ornandam existimauit. Itaque velut Marcelli II. Pontif. consilia exsequeretur, Lauretum ciuitatis iure donatum Episcopali sede decorauit, aliquot circa oppidis ei contributis. Primus Lauretanus Episcopus Franciscus Cantucius fuit ciuis Perusinus, vir doctrina æque, ac sanctimonia clarus, qui nouam sedem egregijs imbuit institutis, exemplisque. At Xystus ne Lauretanæ vrbis nomen vanum, aut tenue foret, collem Laureto proximum (Montem Regalem incolæ appellant) coemptum æquare instituit. ita nouæ vrbi amplificandæ spatiū ab ea parte fieri coëptum. Huic spatio coëdificando, singulis Piceni ciuitatibus imperatum, ut suas quæque inibi excitarent ædes. Haud grauate obtemperatum. Interim Pontifex Picenum, cæteramque Pontificiam regionem latrocinijs infestam non magis ferro, quam auro salubri ratione pacauit. Quippe latronibus ipsis, atque exilibus impunitatis, ac præmij spe in socios incitatis, Duces eorum cæsi, cæteri partim interfecti à socijs, partim ob interfertos socios restituti. Ergo Picentium ciuitates Picenti Pontifici, & de sua gente, & de Aede Lauretana optime merito egregiam ex ære statuam locauere. Nec suis per id tempus ornamentis Aedes Lauretana caruit

caruit. Pilæ , quæ pro columnis fornicem sustinent, & ipsa templi fornix , Cantucij Episcopi sumptu, marmorato ope re adornari cœpta . Sacellum vnum è maioribus à Cardinali Aragonio picturis D. Thomæ Aquinatis præclare facta exprimentibus,gypso , auroque adornatum. Sacellum porro omnium maximum à Ducibus Hetruriæ , & Bauariae expetitum , dirimendi certaminis causa , à communi Picentium eximijs pictorum plastarumque operibus excultum , plurimoque exornatum auro. Inter hæc Leonorius Laureti Præses ornandę, augendæque rei Lauretanæ intentus, Lactantij Venturæ nobilis architecti opera, facie Basilicæ opus à Gregorio maxima ex parte perfectum, ad culmen pene perduxit. Bonam Pontificiarum ædium partem excitauit è regione templi . Et Ferdinandus Archidux Austræ de Lauretana ædificatione admonitus à Duce Bauariæ, eiusdem instinctu Lauretanæ Virginis cæsam è sylua materiam donauit . quæ in onerariam imposita, & Adriatico commissa mari Lauretum in columis B. Maria fauente peruenit . In ea magna vis erat ingentium trabiū asserumque facile tribus aureorum millibus æstimabilis.

Card. Ara-  
gon. facell.Sacel. com.  
Picen.Archiducis  
Austr. D.

*Cardinalis Gioiosa suum Galliæ patrocinium  
Virgini Lauretanæ commendat .*

*Cap. XII.*

**C**Antucius inde primus Laureti Episcopus , septimo  
quam Episcopatum inierat mense, excessit e vita .  
Ingens bonis omnibus sui desiderium reliquit , pauperibus maxime , quorum parens habebatur. Porrò tanta eum sanctitatis fama prosecuta est, vt facile appareret, verum esse , quod prouerbij obtinet locum : primum cuiusque ciuitatis Episcopum sanctum esse oportere. Cantucio sub lectus Rutilius Benzonius ciuis Ro: qui eruditione , & Ecclesiasticæ dignitatis studio clarus , quæ sacriss concioni-  
bus

Rutilius Bé-  
zonius Epi-  
scopus Lau-